

I V R I S C O N-
S V L T O R V M VI.

T A E,

Zela lib. ad Collm. Quen.

V E T E R V M Q V I D E M , P E R B E R-
nardinum Rutilium, unà cum eius-
dem Decuria.

R E C E N T I O R V M V E R O , A D
nostra usq; tempora, per Ioannem
Fichardum Francofur-
tensem.

A D H A E C

Indices duo locupletissimi omnium scriptorum in
Iure tam Pontificio quam Civilia ueteribus &
recentioribus Iureconsultis, ad hæc
nostra usq; tempora edi-
torum:

Per Io. Neuizanum, Lud. Gomeffum, &
Io. Fichardum collecti.

B A S I L E A E.



NICOLA V S G E R B E -
L I V S P R A E C L A R O V I R O D .
Christophoro Vuelsinger, facundo & eru-
dito iurisconsulto , amico suo
perueteri, s. D.



V V M N V P E R E X I T A =
lia, eximia illa literarū cultrice, ad
nos rediſſes, doctissime Christo-
phore, & me pro singulari tua in
me pietate, cultu atq; obſeruan-
tia, aliquoties domi meæ conue-
niffes, cœpi (ut meus mos est) de
rebus Italicis, de uiris illuſtribus qui nunc in Italia flo-
rent, deq; libris ueteribus à te plurima percontari. Ibi
tu repetita in me perpetua illa necessitudine tua & fi-
de, nihil eorum quæ cognita tibi fuere, occuliſti;
ab ouo uſq; ad poma, omnia diligentissimè cōmemo-
rando. Inter quas iocundissimas confabulationes no-
ſtras, tandem ē manica libellum Rutilij deprome-
bas, in quo ille ueterum Iurisconsultorum uitas ele-
ganter & summa cura conscripferat. Placuit impen-
dio scripti genus, placuit argumentum. Cœpi orare
atq; obtestari te, uel in meam gratiam libellū euolga-
ri patereris. More geſſisti quam amantissimè, & rem
omnem curę meae commiſſisti. Itaq; lætus ego noſtris
hominiſ, hoc eſt G E R M A N I S, munuſ hoc tuum
ampliſſimum cōmune feci. Spero autem, atq; etiam
confido, me rem ſtudiosis omnibus gratiſſimam feciſ
ſe, quod uix aliud ſciam ſcribendi argumentū, quod
uel iucundius ſit, uel magis proſit. Quid enim per im-

2 mortales



IVRIS CON- SVLTORVM VITAE PER BERNARDINVM RVTILIVM.

PAPIRIVS MAIOR.

PAPIRIVS, siue ut tum loquebantur, Papi-
sius, inter Ro. Iuris peritos principem locū obti-
nuit. licet, si iuris ipsos conditores ecensem̄as, Nu-
ma Pomp. cæteriq; Reges ante & ciuitatē legibus
instruxerint. Eum Pōponius modo Sex. modo
Publ. Dionysius nunc Caiū, nūc Maniū, uel (ut
est in Græco Vaticano codice) Mamiū Papiriū appellāt. Aequē Pōt.
Max. ne, an Rex Sacrificulus fuerit, in incerto est. Nā Dionysius an
tiquitatū autor diligentissimus, eundē Papiriū alibi Pont. alibi Regem
10. Sacrificulum nominat. Etenim cum, electione Regum mutato statu ci-
uitatis, rerum diuinarum cura haberetur, seu quia quædam publica sa-
cra per ipsos Reges factitata erant, necubi Regum desiderium esset: si
ue ut nomen Regum, qui profuisse plurimum Reip. uidebantur, in per-
petuum seruaretur (nam utrung; traditur) ius si Pontifices atq; Augu-
res ex senioribus aptissimum unum diligere, qui nullius rei præterquā
diuni cultus potestatem haberet, ab omni alio ciiali bellicoq; munere
liber, Regis Sacrificuli titulo, ita ut id sacerdotium Pontifici subijcere
tur, ne additus nomini honos aliquid libertati (cuius tūc prima erat cu-
ra) officeret. Si ergo Mamium Papirium gente iam tum patricia, virum
20 honesto ocio ac quieti deditū, primum Regem sacrificiorum creauere.
Is quoctinq; prænomine, quoctinq; sacerdotio prædicitus (cerite Papiriae
* A gentis

BERNARDINI RVTILII

DECVRIA.

ADDITIONE IN CAELI EPISTOLAM,
quam pridē Egnatius emaculauerat. Cap. I.



N Marci illius Tullij Ciceronis, nunquam
satis uel doctrina ac scientiae genere, uel uitae
moribus laudati, Epistolarū uolumine, quæ-
dam habentur æqualium quoq; eius ad ipsion
literæ, tam simili perscriptæ stylo, ut merito
parem in illis uiris dicendi puritatem atq; can-
dorem nostri homines antiquitatis studiosi mirati sint. Has, ut cæte-
ra priscæ illius ætatis literarum monumenta, quæ ad nos qualiacun-
que peruenere, corruptas, mendas, ac laceras, castigare multi, at-
que ad pristinam illam integritatem redigere sunt adorti: quædam
nonnulli fœliciter attigere, sed (ut uere dicam) codex is magno ad-
huc in danno est. Nobis indecorum ac turpe uisum, quem Cicero-
nem ipsum tam singulari memoria prosequeremur, ut uel unum eū
uel cūn paucis ex illa uetusitate cum doctissimum, tum optimum ui-
rum iudicaremus, si non, quam & tanti uiri dignitas, & meus erga 20
piorum manium memoriam amor posceret, at eam, quantulamcunq;
liceret, scriptis eius opem non afferre, inter tot præsertim operum
eius amatores, castigatores, lectoresq; etiam. Amatur ille quidem
plurimum à me, dicamq; etiam (ut arbitror) citra iactantiae culpam,
nemo unquam ad eius uiri libros emendandos tantum animi ac cupi-
ditatis attulit: ut quāplurimos esse fatear, qui in eo iuuando plus
multo temporis laboris atque olei impendetint, plus etiam profue-
rint, quām ego non modò præstare, sed uel optare possum uel spera-
re. Tantum polliceor me pro uirili, nunquam singularis uiri dignita-
ti defuturum. Est igitur libro, ni fallor, nono in Cælij Epistolis, cui 30
usdam initium, ut putatur, in hæc uerba:

„ Quod Marcus Marcellus Consul N. F. de prouincijs consulari-
bus.) Vir doctissimus, & multæ lectionis, Egnatius Venetus, qui-
busdam

1570
VITARVM
RECENTIORVM IVRE-
CONSULTORVM PERIOCHAE,

PER IOANNEM FICHARDVM
FRANCOFVRTENSEM.

Vnā cum memorabilium
INDICE.

VITARVM IVRECONSVL-
TORVM NEOPALAEOR VM, HOC EST,
eorum qui post recuperatam Romani iuris
prudentiam, eandem & docendo & scri-
bendo professi sunt ad hæc usque
tempora, Periochæ.

PER IOANNEM FICHARDVM
 FRANCOFVRTENSEM.
 IRNERIVS.



*Vi uetusiorum post recuperatam Romani
 iuris prudentiam lureconsultorum mentione
 in scriptis suis fecerunt, Irnerium ferè omnes
 tanquam primum illius Iuris restauratorem
 celebrarunt. Quemadmodum enim Odofre-
 dus (qui non ita longo eum interuallo insegu-
 tus est) commemorat, cum Bononiae primū artes liberales tantum,
 publicè docerentur, essetq; inter ipsos earum professores etiam hic
 Irnerius, postea uero Ius ciuile Romanum recuperatum esset, & Ba-
 noniam quoque importatum, cœpit Irnerius, sepositis alijs studijs,
 huic se totum dedere: tantaq; eius dignitate atque elegantia captus,
 nullo etiam magistro, sedulo illi sua Minerua incumbere. Ceterū
 cum eius usum utilitatemq; esse permaximam, & longe præstantem
 intelligeret, illud profiteri etiam atq; docere alios primus instituit.
 Primus item glossulas obscurioribus difficultioribus que locis appo-
 suit. Qua de re & celeberrimum apud omnes nomen sibi compara-
 uit, & primus Iuris prudentiae illustrator, adeoq; lucerna Iuris, pas-
 sim uocitari cœpit. Quanquam enim (ut idem Odofredus scribit)
 aliis quidam, Pepo nomine, primus Bononiae propria authoritate
 leges esse professus feratur, tamen tam obscurus ille, tamq; nullius
 nominis*

IN^DI^CE^S D^VO L^OC^VP^LE
T^IS^SIMI OMNIVM S^RIP^TORVM
I^N I^VR^E, T^AM P^ON^TI^FIC^O Q^VAM
ciuili, à ueteribus & recentioribus
iurisconsultis, ad hæc no
stra usque tempora
editorum.

• • •

